



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XVIII. Quaenam sit poena reuelantis Confessionem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**



*Quenam est poena reuelantis Confessionem?*

*Questio  
XVIII.*

*Responſio.*

**P**OENA reuelantis Confessionem, secundum antiqua iura, ut habetur in Cap. Si Sacerdos, de Poenitentia, Dist. 6. est depositio, & per totam vitam ignominiosa peregrinatio; sed secundum Decretalem, Omnis utriusque sexus § Caueat, est depositio, & detrusio in monasterium, ad perpetuam agendam poenitentiam in officiis seruilibus monasterij, habitu laico.

*Quidnam Sacerdos respondere debet interroganti, an quippiam audiuerit aliqua de re in Confessione?*

*Questio  
XIX.*

*Responſio.*

**S**I Iudex Christianus huiusmodi aliquid interrogauerit, respondendum, tales interrogationes esse sacrilegas, & indignas Principe Christiano.

Sin autem non Christianus, sed infidelis tale quid petierit, respondendum est; leges Christianorum non pati, ut quicquam dicatur extra Confessionem. Et quae diximus de Confessario interrogato; eadem suo modo intelligenda sunt de poenitente, seu confitente, simili modo interrogato: Sed si huiusmodi responſione non fuerint contenti; potius moriendum est, quam Confessionis sigillum violandum.

*Potestne*